

0020 A 231
6

Just:
III. C. 1.

DISPUTATIO HISTORICO-THEOLOGICA
PRIMA
DE

f 6

**BULLARUM
INDULGENTIARUM
PONTIFICIARUM
ANTIQUITATE FUCATA,**

QUAM
DIVINA INDULGENTE GRATIA,
JUBENTE
RECTORE MAGNifico

AC
SENATU ACADEMIÆ PREGELANÆ AMPLISSIMO
PRO LOCO
PROFESSIONIS IN THEOLOGIA
EXTRAORDINARIÆ
TUEBITUR
PRÆSES

JOHANNES BEHM,

S. TH. DOCT. GRÆC. LINGV. PROF. EXTR.
RESPONDENTE

CHRISTOPHORO Schönleich / Reg. Boruff.

PHIL. ET THEOL. STUD.

IN AUDITORIO MAXIMO

DIE XXXI MART. ANNO MDCCXVIII. HORIS ANTE - ET POMERID.

REGIOMONTI, TYPIS REUSNERIANIS.

AUGUSTISSIMO, SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO;

**DN. FRIDERICO
WILHELMO,
REGI BORUSSIAE,
MARCHIONI BRANDENBURGICO,
S.R.I. ARCHI-CAMERARIO ET ELECTORI,
SUPREMO ARAUSIONENSI, NEOCOMENSI ET VALLAN-
GINENSI PRINCIPI,
MAGDEBURGI, CLIVIAE, JULIAE, MONTIUM,
STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM, VANDA-
LORUM ET MEGAPOLIS, ITEM IN SILESIA, CROSNAE
DUCI,
BURGGRAVIO NORIMBERGENSI,
PRINCIPI HALBERSTADII, MINDAE, CAMINI,
VANDALIAE, SVERINI, RACEBURGI & MEURSAE,
COMITI HOHENZOLLERIAE, RUPINI, MARCAE,
RAVENSBERGAE, HOHENSTEINII, TECKLENBURGI,
LINGAE, SVERINI, BURAE & LEERDAMI,
MARCHIONI VEHRAE & VLISSINGAE,
DYNASTAE RAVENSTEINII, ROSTOCHII, STARGARDIAE,
LAUENBURGI, BUTOVIAE, ARLAIAE AC BREDAE, &c. &c. &c.
REGI AC DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,**

Hanc submissi ac pro tanta Clementia Regia devotissimi
animi tesseram, cum omnis augustae prosperitatis voto

humillime consecrat

JOHANNES BEHM.



Erquam familiare Pontificiis Sacrarum Scriptura-
 rum aut Venerandæ Antiquitatis prætextu nova
 sua utrique contraria dogmata imperitioribus ac
 incautis obtrudere. Non multum equidem
 curant Scripturæ Autoritatem, majorem Eccle-
 siæ reputantes, imò solius Papæ in quem ulti-
 mo omnis Ecclesiæ fit resolutio; inde non mo-
 do Scripturam S. articulorum fidei ac Controversiarum in Ecclesia
 Normam ac Judicem esse, contra disertata Scripturæ loca Esa. VIII, 20.
 Gal. VI, 16. 2. Tim. III, 16. vel plane negant, eandem potius gra-
 vissimis ac blasphemis conviciis profcidentes, qualia magno nume-
 ro congestit DIETERIC. Inst. Catech. de S. S. qv. 3. in Schol vel
 Normam esse quidem concedunt, ast, quamvis profus absurde ac
 contra præcipuum Normæ requisitum, partialem, quæ demum cum
 Traditionibus juncta totalem fidei Regulam constituat. Ita sentit
 BELLARM. Lib. IV. de Verb. DEI c. 12. qui, quamvis antea
 negasset: *Scripturæ finem proprium ac præcipuum fuisse, ut esset re-
 gula fidei, sed saltem commonitorium quoddam utile ad conservandam
 & fovendam doctrinam ex predicatione acceptam; paulò tamen post
 mentem mutat: Dico, scribit, Scripturam etsi non est facta præcipue,
 ut sit regula fidei, esse tamen regulam fidei non totalem, sed partia-
 lem. Totalis enim regula fidei est Verbum DEI, sive Revelatio DEI
 Ecclesie facta, que dividitur in duas regulas partiales, Scripturam &
 Traditionem.* Conf. Decretum Concilii Tridentini Sess. IV. de *Canonicis
 Scripturis* p. m. 9. Verum etiam haud raro contra disertam S. Scripturæ
 literam decernunt, novosq; fidei articulos fingunt. Interim cum subin-
 de à Nosstratibus ut è Scriptura sua dogmata probent urgeantur & ad
 eandem provocare solent misere tamen eam pervertentes. Neq; alio con-
 silio Patrum utuntur testimoniis, nisi ut & in hitce erroris sui patrocini-
 um quarant, eorundem verba sana in perversum sensum trahen-
 tes; aut scripta supposititia vel corrupta citantes: aut sequiorum
 Seculorum Doctores sectantes, reclamante interim antiquitate ge-
 nuina ac primæva. Quod ergo in omnibus, idem etiam in doctri-

na de Indulgentiis tentare solent. Quamto magis enim dogma hoc & Scripturae S. & Antiquitati incorruptae contrariatur, tanto majori studio istud ex utroque comprobare allaborant, indoctos aut incautos ut eò feliciter decipiant. Dixi de hac eorum improbitate haud ita pridem in Lectionibus, ut vocant, Cursoriis ad Col. I, 24. ac quam lubricum sit quod in S.S. pro indulgentiis quaerunt fundamentum ostendi. Jam ad alterum me accingam, nec Antiquitatem puriorem illis patrocinari evicturus, quae quippe literas haec indulgentiarum, vel prout hodie audiunt, *Bullas* prorsus ignoravit.

§. II.

Notat autem h. l. *Bulla* Rescriptum seu Diploma Pontificis Romani sigillo publico munitum. Alias enim significationes quas vox haec subit quam plurimas, quod rei praesenti illustrandae parum inserviant, studio praetermittimus. Conf. cui volupe, de iis Lexicographos, CAR. DU FRESNE, Gloss. Lat. Part. I. Col. 637. MATTH. MARTIN. Lex. Philolog. Voce *Bulla*. SAM. PITISCIUM Lex. Antiq. Rom. Tom I. p. 301. Nomen habet ab ipso Sigillo Pontificum adposito aut appenso. Sicuti enim ipse typus sigillarius, quo bullae ipsae imprimuntur, *Bulla* audit juxta Gloss. MSC. *Bulla Emblema, i. varietas pavimenti, vel sigillum*. JO. DE JANUA: *Bulla sigillum quod cera imprimitur*, apud DU FRESNE l.c. Col. 638. Ipsum quoque Sigillum Chartae quod appenditur *Bulla* dicitur, prout de Vicelino Episcopo Brementis scriptum:

*Chartas conscriptas & res in scripta redactas,
Bullis firmavit, bannosq; suo stabilivit.*

Ac infra:

Scripta firmavit haec & Bulla solidavit,

l. c. ac *bullare* est *sigillare*, Sigillum Literis ac Diplomati adponere, ANASTASIO teste in Vita S. Joannis Eleemosyn. n. 94. *Non potes scribere & bullare*: nec non RATBODO Episcopo Trevirensi cit. è Sirmondo DOM. MACRO Hierolex. p. 93. *Hanc ergo Epistolam annulo Ecclesiae nostrae bullare censuimus*. Uti *disbullare* sigillum avellere aut *dissigillare*. *Et disbullata est hujusmodi charta*, habet Vetus Interpres Sextae Synodi Art. 15. Ita & ipsum Scriptum tali sigillo munitum haud raro inde *Bulla* nominatur, ut *Bulla Imperatoria*, *Bulla Regia*, *Bulla Pontificum*, *Episcopalis* &c. i. e. *Diplo-*

plomata aut Rescripta eorum. *Et super hoc offendit bullas & alia munimenta, qua inde prae manibus habuit, inquit BROMPTON.* ap. DU FRESNE. l. c. Col. 638. Bullarii Bullarum seu Diplomatium curiae Romanae confectores, prouti in Gestis Innocentii III. P. P. p. 28. legitur: *Fecit editum ut nullus officialis curiae suae quidquam exigeret, praeterquam solos scriptores & Bullarios. Bullarium Liber è rebus gestis Pontificum confectus integras nonnullorum Pontificum Bullas exhibens saepius editus ac auctus. Exprimebantur verò hæ Bullae primum in cera, post & in plumbo. Plumbearum tamen quando coeperit esse usus inter doctos controvertitur. POLYD. VERGIL. de Rer. Invent. Lib. VIII. c. 2. p. 530. id sub Stephano III. ac deinde Hadriano I. circa annum DCCLXXII. contigisse opinatur, quod tunc Pontifex multa irrogaret privilegia, ut ergo diplomata essent diuturniora plumbo fuisse obsignata, nec antiquius reperiri sigillum plumbeum. Imo Agathonem adhuc in cera annulo impressisse sigilla. THOM. STUBBIUS Dominicanus inter X. Scriptores Anglicanos col. 1718. altius ascendit jam à Gregorii I. temporibus qui sub finem Sec. VI. Pontificatum tenuit, eas deducens. Exponens enim Controversiam inter Wilhelmum Cantuariensem & Turstinum Eboracensem Antistites de primatu, tradit Cantuariensis Ecclesiae privilegia prolata fuisse in medium, cumque in illis bullae plumbeae desiderarentur, dictum inter alia: *Forſitan illo tempore bullas non fieri; ab adversariis autem responsum esse: à tempore beati Gregorii Bullas fuisse & adhuc in Romana Ecclesia aliqua ipsius privilegia bullata servari.* Itaque nec privilegia illa cum credulitate, nec verba eorum in gratiam fuisse recepta. Addit Stubbius Turstinum consilio Papae & curiae ostendisse sua munimenta, primo Epistolam beati Gregorii ad Augustinum, deinde Epistolam Honorii Papae, *que omnia omnes noverant bullas habere.* DOMIN. RAYNALDUS Bibliothecae Vaticanae & Archivi Castris S. Angeli Custos tandem apud LEON. ALLAT. de Eccles. Occident. & Orient. Conf. L. 1. c. 6. n. 2. col. 87. Vergilium reprehendens ad Sylvestrum I. qui Sec. IV. vixit, usum literas Apostolicas plumbo obsignandi refert, quamdiu enim antea id in usu fuerit sibi adhuc notum non esse. Hanc Bullam plumbeam Sylvestri I. reperiri ait in archivo Arcetino, addit familia Leonis I. Gregorii M. ac Sergii, qui lon-*

4
go tempore ante Stephan. III. ac Hadrianum I. vixere, in archivo
Castri S. Angeli vetustissima in papyro ex frutice confecta sua sub
custodia asservari. Nobis hac in re placet iudicium JOH. MABIL-
LON de re diplomat. L. II. c. 14. n. 9. p. 128. non esse temere quid-
quam de hisce asserendum ipsis diplomatibus nondum plene exami-
natis. Sufficit morem fuisse antiquum diplomata Pontificum plumbo
signare. Exempla adducit MABILLON l. c. & infra quoque hacten-
us ineditum subjicietur. Conf. LUITPRAND. Lib. VI. c. 6. Non-
nunquam tamen & aurea Bulla Pontifices suas obsignant literas, quod
tamen, ut ait Raynaldus apud ALLAT. l. c. col. 89. nunquam obser-
vatur, nisi in confirmatione Romani Imperatoris. Aft recte monent
CAR. MACR. Hierolex. p. 92. SPEELMANN. item & Clemen-
tis VII. diplomati, quo Defensoris fidei titulum Henrico VIII. Angliæ
Regi contulerat, appensam fuisse auream bullam.

§. III.

Signaturam earum quod attinet antiquitus solum Pontificis no-
men, cujus literæ signabantur, exprimebatur in antica & in postica
Pape vocabulum. Testantur hoc vetusta Johannis V. & Sergii I. Sec.
VII. Stephani III. Sec. VIII. Benedicti III. & Nicolai I. Sec.
IX. Johannis XIII. Sec. X diplomata quæ vidit MABILLON. l. c.
Stephani VII. Sec. IX. Bulla apud CIACONIUM prima facie *Ste-
phani*, altera *Pape*, præfixo utrique crucis signo, vocem referens;
nec non Johannis VIII. eod. Sec. pro Cœnobio Trenorchienti, quam
adducit TOURNU p. 227. seq. in cujus antica parte JOHAN-
NES PP. cum cruce in medio cujusdam circuli rotundi: in postica
crux magna cum quibusdam literis præfixis. Postea facta hic est mu-
tatio dum Urbanus II. Sec XI ex una parte Bullæ: URBANUS
II. PP. ex altera nomina S. Petri & Pauli cum cruce adponeret, Eum
sequebantur & alii, donec tandem loco nominum Apostolorum eorun-
dem imagines seu capita exprimerentur, id quod sub Hadriano IV.
aut Honorio II. Sec. XII. factum esse suspicatur RAYNALD. *Vetu-
stiorum*, inquit, usque adhuc Bullam cum imaginibus Petri & Pauli
reperire non potui, quam sub Adriano IV. qui anno 1153. Ecclesie DEI
præfuit. Licet crediderim hoc ipsum multo antea observatum fuisse &
præsertim sub Honorio II. Nam sub Benedicto VII. — Apostolorum
plumbo non imprimebantur imagines, apud ALLAT. l. c. col. 88.
DOU-

5

DOUBLETUS tamen p. 475. cit. DU FRESNE l. c. col. 643. jam sub Paschali II. morem hunc cepisse docet. Confirmatur hoc ex ejusdem Bulla à MABILL. de re diplom. L. V. Tab. 51. p. 447. adducta. Verum inter Paschalem hunc & Honorium II. pauci saltem intercessere anni, ut tanti momenti non sit hæc controversia. Quod autem Clemens VI. cum arma progeniei suæ haberent quinque rofas, eas poni fecerit in bullis, ut tradit ALBERTUS Argentinensis in Chron. ad A. 1342. quod exhibet CHRIST. URSTISIUS Tom. II. Script. rer. germ. Paulus II. quoque in altera bullæ parte effigiem suam in throno sedentis, Cardinalibus hinc inde partim adstantibus, partim genuflexis, in averfa de more S. Paulum & Petrum posuerit, memorante MABILLON l. c. n. 10. p. 129. non præjudicat, eò quod hæc singularia sint ac *contra morem*, ut loquitur Albertus de Bulla Clementis, facta. Cæterum prolixus hic est LEO ALLAT. de Conf. &c. L. I. c. 6. n. 3. & seqv. col. 89. in explicanda causa, quam ob rem in hisce Bullis Paulus à dextris, Petrus verò à sinistris statuatur, ne quidquam prærogativæ S. Petri detrahatur. Dissertunt de eo quoque NIC. ALEMANN. Lib. de læva & dextra, FERD. UGHELLUS Ital. Sacr. Tom. VI. p. 457. MATTH. PARISIUS ad A. 1237. MABILLON l. c. n. 13. p. 130. CAR. MACRUS Hierolex. p. 92. Nos cum alia suppetant argumenta, quibus venditata ista Petri prærogativa longe firmitus redarguatur, non opus esse arbitramur iis inharere. In Bullis Consistorialibus Papæ ac Cardinalium vel omnium, vel plurimorum subscriptione firmatis præter Bullam plumbeam Crux depingitur & circa eam pro lubitu Pontificis dictum aliquod præclarum, ut plurimum è Scriptura S. petitum, qualia congestit bene multa CAR. MACRUS l. c. p. 92. seqv. Idem quoq; observat plumbum hoc in Bullis expeditionum in forma *dignum*, ex funiculo rubro & flavo colore contorto suspendi. Exemplum habes in Bulla Indulgentiaria Bonifacii IX. §. seqv. 5. Unum adhuc sub finem annotandum, nempe non modo Bulla plumbea, sed & Piscatoris annulo ceræ impresso Pontifices in signandis diplomatibus suis uti, qui annulus Petri exhibet effigiem in eo habitu cum è navicula in mari piscatur. Fit hoc in obsignandis Brevibus i. e. Epistolis brevi via seu manu remotis omnibus ambagibus à Pontifice ut plurimum sponte & absque rei longa discussione confectis. Neque tamen adeo antiquus hic

hic est mos ac prior, quin potius olim & Brevibus & Bullis idem sigillum plumbeum appendebatur. Nihil de eo antiquius se legisse fatetur MABILL. l.c. n. 111. p. 130. quam quod refert MASSONUS in Clemente IV. qui Epistolam ad Egidium Grossum consanguineum ita concludit: *Non scribimus tibi, nec consanguineis nostris sub bulla, sed sub Piscatoris Sigillo, quo Romani Pontifices in suis secretis utuntur.* Haud male ergo inde colligit nondum tum temporis Piscatoris Sigillum in Brevibus fuisse usitatum, sed solummodo in literis privatis. Certe quotquot vidit ante id tempus Pontificum literas minutas, cunctas sigillum plumbeum habuisse appensum testatur. Seculo ergo demum XV. Brevia ita signari cepisse; talia sunt Callisti III. Spicileg. Tom. IV. p. 392. Pauli II. Ibid. p. 418, ac quod modo suppediabitur ineditum Innocentii XII. quamvis hic cera Petri effigiem haud expresserit. Et hæc breviter de Bullis Pontificum prænotasse sufficiant.

S. IV.

In specie Bullas Indulgentiarum quod attinet, seu *remissionum pæne DEO debite in foro penitentiario extra Sacramentum datarum per applicationem satisfactionum, que in thesauro Ecclesie continentur*, uti BELLARM. definit Indulgentias L. I. de Indulg. c. 8. tam raræ non sunt, ut potius quam plurima earum prostent exemplaria. Non jam exscribam istas quæ antehac typis ex Originalibus & MS. expressæ, qualis illa Cardinalis *Raymundi* Danieli de Buren, ejusque uxori *Beeke* A. 1502. concessa, una cum utriusque absolutionis formula, altera *in vita rotiens quotiens*: altera & quidem *plenissime remissionis semel in vita & in mortis articulo*. Exhibent eandem die *unschuldige Nachrichten* de A. 1713. in Append. n. 1. p. 1045. Ut & altera ab eodem *Wolfgango Peilike*, ejusdem uxori ac *Liberis* impertita A. eodem, inprimis notanda, quod verbis rotundis plenissimam omnium peccatorum remissionem, liberationem ex igne Purgatorii, beatitudinem æternam, regnumque cælorum promittat. Dabunt eandem die *unschuldige Nachrichten* de A. 1706. 6. Ord. n. 1. p. 299. Alia de A. 1470. è concessione Pauli II. Papæ & commissione *Rudolphi* Episcopi *Wratisl.* Casparo *Seywath* data, annexâ pariter absolutionis forma eadem in vita & mortis articulo. Ibid. de A. 1715. 4. Ord. n. 3. p. 569. Diploma Indulgentiarum quas *Terzelius* quondam

7
dam vendidit cum adjecta forma absolutionis plenaria ac Tetzeli
subscriptio, à *Johanne Anglo Arcimboldo*, J.U.D &c ac Commis-
sario à Leone X. specialiter deputato Andrea Hummelshayn largi-
tum A. 1516. Inferuit illud ex Archetypo expressum HENR.
HOPNERUS, Saxon. Evangel. Part. 2. c. 4. p. 73. Alias binas
Bullas *Tetzeli*, alteram Matthie Menner, qui canem lapide petens,
vicini filiolam ex improvise advenientem occiderat A. 1515. alteram
A. 1517. Tilemanno de Kopenik qui suum percutere volens incius
puerum necaverat, datam: In quibus utrique non modo à crimine
homicidii absolvuntur, sed & ulterior accusatio, judicatio aut con-
demnatio forensis prohibetur, ex MS. Originali sistent die U. N. de A.
1705. 4. Ord. n. 1. p. 197. seqv. Subjungo illas quæ pro Templorum
aut Altarium ædificatione, restauratione, locupletatione aut visitatio-
ne datae. Tales sunt Cardinalium *Avinonensium* Ecclesiæ parochiali in
inferiori Gryzelawe Nuenburgens. diœces. A. 1331. concessa. Vid.
die U. N. de A. 1709. 4. Ord. n. 2. p. 201. *Francisci* Wosprensis
Archi-Episcopi aliorumque Episcoporum A. 1336. Ecclesiæ B. Mari-
æ & Laurentii in antiqua Colberg impertita. Adduxit eam MART.
RANGO ex membranibus vetustis Curia Colbergensis, in Origin.
Pomeran. p. 198. *Roberti* Wuorfordensis Episcopi Ecclesiæ Winters-
haghen ejusque filia *Stospeninde* Caminenfis diœces. facta A. 1356.
ab eodem ex Archivo Electorali Pomeran. expressa l. c. p. 204. *Alberti*
de Bychelingen Ippusensis Episcopi Ecclesiæ Parochia Dominicalis in
Memelubca A. 1359. scripta, inserta est den Unschuld. Nachr. de
A. 1712. 5. Ord. n. IX. p. 783. *Johannis* Episcopi Orkadensis A.
1389. capella parvula in civitate Colbergensi in honorem B. Vir-
ginis ædificatæ concessa, quam ex originali in Curia Colbergensi as-
servato sistit RANGO l. c. p. 107. *Martini* V. Papæ Ecclesiæ Paro-
chiali B. Mariæ extra muros oppidi Githan, Mersburgensis diœce-
seos data A. 1423. vid. die ungeschuldige Nachricht. de A. 1714. 1. Ord.
n. 3. p. 22. & seqv. *Gvilietmi* Episcopi Ostiensis & *Johannis* S. Lau-
rentii in Damaf. Presb. R. E. Cardinalium pro Capella S. Georgii
in Nauenhayn in limitibus Parochialis Ecclesiæ in Werdishayn Mis-
nensis sita A. 1465. & à Theodorico Episcopo Misnensi ut & Petro
Episcopo Litrenensi confirmata ibid. de A. 1715. 6. Ord. n. 10. p.
958. *Quilietmi* aliorumque Episcoporum pro Ecclesiæ B. Virginis in
Wi-

Wickershani Merseburgensis diocesis. Romæ A. 1470. Ibid. de A. 1711. in Append. n. 3. p. 935. *Johannis* Cardin. Gurcenf. Apostolicæ sedis de latere Legati Ecclesiæ S. Crucis Dresdæ A. 1502. concessa & à Johanne Episcopo Misnensi approbata. Ibid. de A. 1714. 6. Ord. n. 3. p. 909. *Raimundi* Cardinalis Gurcensis pro Ecclesia Parochiali S. Viti martyris in suburbio civitatis Mersburgensis A. 1502. confirmata à Thilone Episcopo Mersburgensi. Ibid. de A. 1705. 5. Ord. n. 1. p. 829. *Thilonis* modo memorati pro ejusdem Ecclesiæ reparatione A. 1504. Ibid. p. 833. *Johannis* Episcopi Sidoniensis Ecclesiæ Parochiali villæ Memmleuben concessa A. 1503. Ibid. de A. 1712. 6. Ord. n. 1. p. 923. *Alberti* Archi-Episcopi Magdeburg. & Mogunt. Elect. & March. Brandenb. pro restaurandis ac perficiendis ædificiis Ecclesiæ S. Jacobi Hospitalis in Eyleburg, A. 1516. Ibid. de A. 1713. 6. Ord. n. 5. p. 896. *Raphaelis* aliorumque Cardinalium Ecclesiæ Parochiali S. Nicolai in Eilenbergk Magdeburg. Diocesis impertita A. 1518. Ibid. 4. Ord. n. 10. p. 547. *Andree* Episcopi Citerensis pro visitando altari in Ecclesia B. Virginis Mariæ in nova Dresden extra muros sita A. 1483. Ibid. 6. Ord. n. 1. p. 889. Nec ingratum fore arbitror & talium Bullarum indulgentiarum quæ Ecclesiis vel ob reliquias S. S. vel miracula ibidem facta fuere concessa, commemorare exempla. Adducitur Bulla indulgentiaria *Petri* Archiepiscopi Magdeburg. Ecclesiæ Parochiali Oppidi Luckow ob Caput S. Pauli huic Ecclesiæ à Carolo Imperatore donatum, impertita A. 1375. in den unschuldigen Nachrichten. de A. 1714. Append. n. 1. p. 1047. Alia de A. 1390. Visitantibus Ecclesiam Parochialem B. Nicolai in eodem Oppido Luckow ob multa ac diversa signa corporis Christi ab igne illæsi & miraculose extracti illustrem ab *Alberto* Episcopo Magdeburg. data & à Johanne Episcopo Misnensi confirmata, Ibid. 5. Ord. n. 1. p. 723. Nec non *Bonifacii IX.* occasione miraculorum B. Mariæ Virginis in Capella S. Crucis Oppidi Dresdens. patratum, cunctis eo confluentibus A. 1458. largita, ac à Casparo Episcopo Misnensi ratificata. Ibid. 3. Ord. n. 1. p. 375.

§. V.

Hæc antea jam editis alias trinas ineditas, quas Patria dulcissima Fautorum ac amicorum oppitulante favore suppeditavit, non minus gratas è suis Originalibus subnecto. Prima est Bonifacii IX.

Hen-

9
Henrico Lunnice de Dantzic, ejusque uxori circa A. 1398. data ac
asservatur inter *νεμῆδία* Bibliothecæ Regiæ Regiomontanæ N.6. hu-
jus tenoris:

BONIFATIUS Episcopus servus servorum DEI Dilecto fi-
lio Henrico Lunnice de Dantzic & uxori ejus Engele ac eorum
Liberis Salutem & apostolicam benedictionem. Provenit ex vestre
devocionis affectu quo nos ad (ac) Romanam Ecclesiam revere-
mini ut petitiones vestras alias (illas) præsertim que animarum
vestrarum salutem respiciunt ad exaudicionis gratiam admitta-
mus. Hinc est quod vestris supplicacionibus inclinati ut confe-
sor tuus quem cuilibet vestrum duxeritis eligendum omnium pec-
catorum vestrorum de quibus corde contriti & ore confessi fuerit
semel in articulo mortis duntaxat plenam remissionem vobis in
sinceritate fidei & unitate sancte Romane Ecclesie ac obediencia &
devocionis (devotione) vestra vel successorum vestrorum (no-
strorum) Romanorum Pontificum canonico intrancium persistenti
auctoritate apostolica comedere valeat devocioni vestre tenore
presentium indulgemus. Sic tamen quod idem confessor de hys de
quibus fuerit alteri satisfactio impendenda eam vobis per vos si
supervixeritis vel per heredes vestros si tunc forte transferitis fa-
ciendam injungat quam vos vel illi facere tenemini ut presertur.
Et ne quid absit propter hujusmodi gratiam reddamini proclivio-
res ad illicita in posterum committenda volumus quodsi ex confi-
dencia remissionis hujusmodi aliqua forte committeretur (com-
mitterentur) que & illa predicta remissio vobis nullatenus suffra-
getur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam vestre
concessionis & protectionis infringere vel ei ausu temerario con-
traire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignacionem
omnipotentis DEI & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se
noverit incursum Datum Rome apud sanctum Petrum Calend.
Septembris Pontificatus nostri anno decimo

Gratis pro Deo mittitur.

N. de - - -

Grates pro Deo
in absentii.

Ad-

B

Adpenſa eſt bulla plumbea funiculo holoferico flavo-coecineo, cujus facies prima capita S. Apoſtolorum Pauli & Petri, ejuſ à dextris, hujus à ſiniſtris, cum inſcriptione: SPA. SPE. ac interpoſita cruce duplicata oblonga refert. Altera averſa hanc habet inſcriptionem: BONIFATIUS P. P. VIII. Altera à Jaſpero Metropolita & Archiepiſcopo altari S. Georgio in templo Palæopolitano Regiomontano dicato largita A 1509. ac à Gunthero Epifcopo Sambienſi confirmata. Reconditur in Archivis Scabinatus Palæopolitani ac ita ſonat ex originali:

*Jaſperus DEI & ampliſſime ſedis gratia ſanctæ Metropolitanæ Eccleſiæ Rigenſis Archiepiſcopus terrarum Pruſiæ, Curoniæ, Livie, Lettie & Eſtoniæ Metropolitanus ſacriq. Imperii Princeps. Univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus preſentes noſtras patentes literas inſpecturis viſuris lecturis pariter & audituris ſalutem in Domino & honorum cœleſtium incrementum. Oriens candor lucis eterne ante luciferum ineffabiliter ab eterno genitus qui fideles ſuos illuſtrando ſcribit in Libro vite tunc eorum vota magis munifica dignatione complectitur quando illa circa memoriam ſue ſacra- tiſſime paſſionis verſari conſpexerit: atq. ſanctorum ſuorum ad- juvare ſuffragiis recolemus. Hujus igitur conſideratione univer- ſis & ſingulis Chriſti fidelibus qui ſe ad Eccleſiam divi Nicolai in antiqua civitate Rönigsberc ſituatam conſerunt pro Miſſarum ſolemnia audienda ante altare Sancti Georgii ad Conſulatum quod vulgo der Scheppen Altar nuncupatur pertinens que Miſſa jam noviter fundata perpetuisq. temporibus duratura extat de mane circa horam Quartam pro familiis Officialibusq. diurnis labori- bus miniſterii dicte civitatis & peregrinantibus Nec non qui ad fabricam altaris prefati luminaria Ornamenta Veſtimenta Libros Calices Aurum vel Argentum aut quevis alia neceſſaria in ſuis Teſtamentis ſeu Codicillis vel extra donaverint ſive legaverint donari vel legari procuraverint Manus adjutrices porrexerint, Aut qui Orationem ſuam ante Tabulam Reliquiis plenam ſuper Altare ejundem Sancti Georgii poſitam Quinque dominicales
toti-*

totidemq; Mariae Salutationis orationes in istarum Reliquiarum laudem & Reverentiam humiliter dixerint, in die vero Sancti Georgii Dedicacionisq; ejusdem altaris cum devotione accesserint & Tres Dominicales Orationes Totidemq; Angelicas Salutationes in laudem & honorem Dedicacionis & Patroni dixerint. Quicumq; etiam fratres & Sorores Exequiis fraternitate Sancti Georgii celebrantibus interfuerint que Quater in anno juxta fraternitatis Statuta celebrari solent devotèq; pro fratribus & Sororibus oraverint. Quotiescumq; quandocumq; & ubicumq; premissa vel aliquid premissorum devote fecerint Nos Jasperus sancte Metropolitane Rigenfis Ecclesie Archiepiscopus prefatus De Omnipotentis DEI misericordia Sanctorumq; Petri & Pauli Apostolorum auctoritate confissi Octuaginta Dies indulgentiarum de injunctis eis penitentis in Domino Misericorditer Relaxamus & concedimus per presentes. In Cujus Rei Testimonium presentes Nostras Patentes Literas fieri ac Nostri Sigilli Majestatis Jussimus & fecimus Appensione communiri. Datum & Decretum in Castro Rönigsberg Die Martis Vigesima Prima Mensis Augusti, Anno salutis nostre Millesimo Quingentesimo Nono.

Præter Sigillum magnum ovale in cera rubra expressum, altare artificiose exstructum cum imaginibus in suprema parte Salvatoris ac Mariæ referens, (reliqua ob partes contractas ac amissas una cum inscriptione plena latent) funiculo holoserico coccineo adpensum, annexæ quoque sunt sequentes literæ confirmatoriæ: Guntherus Dei & Apostolice sedis gratia Episcopus Sambiensis notum facimus tenore presentium Universis Quomodo nobis delate extiterunt licere Reverendissimi In Christo Patris & Dni: Dni: Jaspersi Sancte Metropolitane Ecclesie Rigenfis Archiepiscopi continentes quasdam Indulgentias ad Altare S. Georgii in Ecclesia Parochiali S. Nicolai antiquioris oppidi Rönigsberg per Reverendissimam suam paternitatem clementer collatas. Quas quidem & vidimus & legimus Easq; omni prorsus menda carere offendimus Quapropter à dicte Civi-

ratis Scabinis etiam atq; etiam rogati quatenus hasce indulgentias pro ratis fixis & firmis haberemus quod moti paterno zelo fronte hilari effecimus autoritateq; nostra ordinaria qua fungimur qui ut in eisdem premittitur fecerint de Omnipotente DEI misericordia & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus autoritate confisi Quadraginta dies Indulgentiarum de injunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus. In quorum fidem & testimonium premissorum presentes literas confici & dictis literis affigi annuloq; nostro signatorio fecimus communiri Date In arce nostra Episcopali Fischhausen/ Quinta Idus Februariarum anno a natali Christiano Millesimo Quingentesimo decimo.

(L. S.)

Est & hoc sigillum cereum minutum, cum Literis G.E.S. insignia Episcopi exhibens. Tertia multo prioribus est recentior, quam ipse possideo, Innocentii XII. PP. Ecclesie Parochiali Oppidi Budzin Posnaniensis diceceseos A. 1692. concessa. Ita vero se habet:

INNOCENTIUS PP. XII.

Universis Christi fidelibus presentes hasce inspecturis salutem & Apostolicam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem & animarum salutem. Caelestibus Ecclesie thesauris pia charitate intenti omnibus utriusque sexus Christi fidelibus paenitentibus & confessis ac sacra communionem refectis, qui Ecclesiam Parochialem Oppidi Budzin Posnaniensis diceceseos (non tamen regularium) Cui Ecclesie ejusq; Capellis, & Altaribus, sive omnibus, sive singulis, eamq; seu eas, vel ea, aut illarum seu illorum singulas, vel singula etiam visitant, nulla alia indulgentia reperitur concessa, die festo Annunciationis B. Mariae Virginis Immaculate, a primis vespere usq; ad occasum solis diei hujus singulis annis devote visiterint & ibi pro Christianorum Principum Concordia, heresum extirpatione ac sanctae Matris Ecclesie exaltatione pias ad

DEUM

DEUM preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Presentibus ad Decennium tantum valituris. Volumus autem quod si alias Christi fidelibus in quocumq. alio anni die dictam Ecclesiam seu Capellam, aut Altare in ea sit visitandum, aliqua alia indulgentia perpetuò, vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, vel si pro impetratione, presentatione, admissione seu publicatione presentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur Praesentes nullae sint. Datum Roma apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die XXI. Aprilis MDCLXXXII. Pontificatus Nostri Anno Primo

GRATIS PRO DEO ET SCRIPTURA

J. F. Cardinalis Albanus.

(L. S.)

§. VI.

Videamus jam quibus argumentis ex antiquitate petitis haec Bullas suas Indulgentiarum probare conentur. Ut itaque evincant esse in Romani Pontificis potestate indulgentias concedere huncque in finem Bullas largiri, provocant tum ad Ecclesiam Apostolicam, tum illam quae Apostolorum tempora proxime exceperit. In illa adducunt exemplum Pauli 2. Cor. II, 10. incestuoso ex Ecclesia Corinthiorum ejecto, jam autem seriam poenitentiam agenti condonantis. Ipso Apostolorum tempore concessam fuisse indulgentiam, perspicuum est e verbis illis B. Pauli 2. Cor. II, 10. Cui autem aliquid donastis & ego: nam & ego, quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi, ut non circumveniamur à Sathana. Rogaverunt Corinthii B. Paulum, ut Theodoretus & S. Thomas b. l. docent, ut incestuoso excommunicato & seriam poenitentiam agenti ignosceret & condonaret quod superaret poenitentia, annuit B. Paulus & jussit ut ipsi nomine suo indulgerent, inquit Bellarm. de Indulg. L. I. c. 3. Idem exemplum urget J. B. CASAL. de Veter. Sac. Christian. Rit. c. 95.

P. 473. *nec ambigendum esse, ait, quin S. Petrus potuisset etiam extimere à morte Ananiam & Saphiram tribuendo illis indulgentiam, eorum demeritis non obstantibus si id expediens reputasset.* Multo audacior hisce LINDANUS apud CHEMNIT. P. IV. Exam. Conc. Trid. c. 3. p. m. 86. seqv. Fingit incestuoso huic Corinthio post acceptam culpæ remissionem & absolutionem impositas fuisse à Paulo multorum annorum rigidissimas pœnas, quibus se excrucicaret ut pro incestu suo ita Deo satisfaceret. Cum vero illarum pœnarum partem aliquam jam exsolvisset, ac nimis aspera se tantum non excrucicaret pœnitentia, Paulum ad commiserationem conuotum residuam pœnarum partem, quæ adhuc ipsi ad plenam pro indulgentiis satisfactionem luenda fuisset remisisse ac relaxasse h. e. indulgentias ipsi concessisse, idque non gratis, sed propter Corinthiorum intercessionem h. e. Paulum ex Operibus & Meritis supererogationis Corinthiorum sumpsisse pretium ad persolvendum incesti illius residuum debitum, prout Bonaventura loquitur de Indulgentiis, & forsan per Bullam aliquam indulgentias dispensasse excommunicato illi Corinthiaco. Idem etiam post Apostolorum tempora in usu fuisse Testimoniis TER IULLIANI ac CYPRIANI comprobare satagunt. Dum ille Lib. ad Martyr. c. 1. p. 191. A. *Quam pacem quidam in Ecclesia non habentes à martyribus in carcere exorare consueverunt. Et ideo eam etiam in vobis habere & fovere & custodire debetis: ut si forte & aliis prestare possitis.* Hic autem Epist. XV. Edit. Joannis Oxon. Episc. p. 32. quæ Pamelio XI. Erasmo XV. Lib. III. est, Martyres qui pacem Lapsi dari petierant monet, ut caute & cum delectu eos commendent Episcopis: *Petitiones, inquit, & desideria vestra Episcopo seruent & ad pacem vobis petentibus dandam maturum & pacatum tempus expectent.* Et mox: *Oro vos quibus possum precibus ut Evangelii memores & considerantes quæ & qualia in præteritum antecessores vestri Martyres concesserint, quam solliciti in omnibus fuerint: vos quoque solliciti & caute petentium desideria ponderetis, utpote amici Domini & cum illo postmodum iudicaturi inspicitatis & actum & opera & merita singulorum, ipsorum quoque, delictorum genera & qualitates cogitatis ne si quid abrupte & indigne vel à vobis promissum vel à nobis factum fuerit apud gentiles quoque, ipsos Ecclesia nostra crubescere incipiat.* Descendunt hinc ad Concilia Ecclesiæ antiquissima in quibus Episcopi

con-

concessum fuit pœnitentibus indulgentias concedere, atque initio Can. XI. Concilii Nicæni I. adducunt, quo Episcopo *aliquid humanitatis* vere pœnitentibus ostendere permittitur: *Licebit Episcopo humanius circa eos aliquid cogitare.* Huic jungunt Can. V. Conc. An- cyrani: *Episcopum autem hanc habere licentiam oportet, ut perspecta singulorum conversatione, normam, regulamq; conversationis attribuat, i.e. ut humanius agens secundum vite modum, tempus alicui pœnitentiæ breviate aut etiam prolixius, quod correctioni necessarium viderit, addat.* Discutiat autem omnium horum & *precedens vita & posterior, & ira circa eos sacerdotalis se humanitas moderetur.* Ut & Can. 2. Concilii Laodiceni: *Oportet ut parvo tempore transactio vacent orationibus & jejuniis, quibus etiam juxta indulgentiam communionem reddi decrevimus.* Idem quoque docere S. BASIL. in Epistolis suis Canonici, quæ habentur in Nomocanone Photii Can. 73. A tempore autem S. Gregorii usum Indulgentiarum usque adeo notum fuisse, ut id negari, nisi omnino impudenter, possit. Concessisse quippe Gregorium indulgentias in diebus stationum populo S. THOMA in 4, Sent. d. 20. qv. 1. art. 3. quæst. 2. & GVIL. ALTISIODORENSI L. IV. Summæ Theolog. Tract. 6. c. 9. auctoribus gravissimis id attestantibus. Reliqua è Sec. VIII. & subsequentiibus petita quod sequioris variisque corruptelis, inprimis opinione Purgatorii, quod indulgentiarum fundamentum, depravati sint ævi, studio prætermissimus.

§. VII.

Quam lubrica autem cuncta hæc sint, quo evidentius innotescat, juvabit brevibus Ecclesiæ consuetudinem circa Lapso- rum tum pœnitentiæ, tum reconciliandi cum Ecclesia modum exponere. Capimus autem h. l. vocem Pœnitentiæ eo sensu potissimum, quo apud Patres ac in Conciliis cum de Disciplina Ecclesiastica erga Lapso- rum est, venit, nempe non de interna Pœnitentiâ cordis salutarî, contritione ac fide constante, de qua alias propriè vox hæc capitur; sed sensu meronymico pro publica pœnitentiæ professione secundum canones Ecclesiæ disciplinares: vel pro signis externis quibus publice coram Ecclesia de interno cordis dolore testabantur ac actuum exte- rorum pœnalium susceptione Ecclesiæ scandalizatæ satisfaciebant. Sic ZONAR. ad Can. V. Conc. Antioch. *μετάνοιαν* vocat pœniten-
tiam

tiam eorum, qui ob delicta sua in Ecclesia ἐπιημίαις ἐσωφρονίζοντο, Tertull. Cypriano, Basilio, Chrystostomo aliisque PP. οἱ μετάνοιοι ὄντες, ὁ ἐν μετάνοια ὄντες, pœnitentes, publicæ censuræ subjecti frequentissimè audiunt. AUGUST. Enchirid. c. 65. T. III. col. 175. Recte constituntur ab iis, qui Ecclesiæ præsumt tempora pœnitentiæ, ut fiat etiam satis Ecclesiæ in qua remittuntur peccata. Conf. SVICER. Thef. Eccles. V. Μετάνοια n. 2. col. 359. Qualis illa fuerit tempore Apostolorum satis clare ostendit hic Pauli locus à Pontificiis citatus è 2. Cor. II, 10. Tractationis de disciplina Ecclesiastica h. e. excommunicatione, pœnitentiæ & absolutione publica propria sedes. Reperiebatur inter Corinthios incestuosus quidam, incestum ne Gentibus quidem nominatum qui commiserat, uxorem patris habens. Nec ipse, nec Corinthii de tam nefando peccato dolebant aut lugebant, quin eundem in cœtu suo ut membrum genuinum tolerabant; Graviter ergo eos increpat Paulus ostendens hoc modo communicare eos alienis peccatis & commiseri fornicariis; tollendum potius talem esse è medio eorum, prout ipse quidem absens licet corpore, præfens tamen spiritu jam iudicaverat ut præfens in nomine Domini Jesu Christi, congregatis Corinthiis & Spiritu suo σὺν τῇ δυνάμει τῆς Κυρίας Ἰησοῦ χριστοῦ παραδόναι, τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ εἰς ἄλεθρον τῆς σαρκός, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῆ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Κυρίας Ἰησοῦ 1. Cor. V, 1, seqv. usq. proinde fuerat Ecclesiæ Corinthiaca ad Pauli mandatum hac disciplinæ severitate erga incestuosum hunc, cernens autem operatione Spiritus S. illud quod per disciplinam quæritur apud ipsum jam productum esse, videlicet feriam cordis contritionem ex agnita peccati atrocitate, sensuque divinæ iræ ac desiderium intimum cum DEO ac Ecclesiæ reconciliandi, optabat eundem iterum in gremium suum recipi: Interim cum delictum esset enorme, ipsi quoque antea ab Apostolo ob lenitatem duriter increpati, rem omnem ad Paulum deferunt, qui approbans eorum consilium respondet: Ἰκκόν τῷ τοιοῦτῳ ἢ ἐπιτιμία αἴση ἢ ὑπὸ τῶν πλεόνων 2. Cor. II. 6. adeo ut sicut antea in statu impenitentis cum esset, eundem accusastis, redarguistis ac peccatorum detentione ligastis; ita nunc respicientem tanto magis contolemini, offensamque condonate, ne forte abundantiori tristitia absorbeat: aut nos occupemur à Sarana. Διὸ παρῆκεν αὐμᾶς κυρώσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην Ibid. v. 8. ut sicut antea eundem publi-

co Ecclesiæ judicio excommunicastis; ita nunc vicissim publica Ecclesiæ autoritate ac communibus suffragiis ut recipiatur & vobiscum reconcilietur, procurete. Pro confirmatione vero hujus sententiæ & proprium suum subjicit exemplum: *ὃ δὲ τι χαλεζόεδε, ἢ ἐγώ, ἢ γὰρ ἐγώ ἐστι κεχάρισται, ὃ κεχάρισται, δι' ὑμᾶς, ἐν προσώπῳ χριστοῦ*, v. 10. En ergo Ecclesiæ Apostolicæ processum circa Lapsos, quem MART. CHEMNIT. Part. IV. Exam. Conc. Trident. c. 3. p. m. 88. ita nervosè sistit: Detestabatur eos qui se ut putrida membra corporis Christi mystici gesserant ac rescindenda judicabat, observato processu à Domino ipso Matth XVIII. 15. 16. 17. præscripto, ut primum privatim, post coram testibus, tandem neglectis prioribus admonitionibus in facie Ecclesiæ publice redargueret graviter ac excommunicaret. Inque tali excommunicatione magno studio suam ostendebat ἀπολογία quod pura esset à crimine commissio; Φόβον, se DEUM timere, ne rea fieret participatione peccati alieni: ἀγανάκτησιν, se non tantum gemere & dolere de eo, sed justa præterea indignatione publice illud detestari: ἐνδοκίσησιν, se nolle impunita ea dimittere, ac tandem ἐναντιόθησιν suam, nihil aliud nempe in hac excommunicatione se querere, quam Lapsi respicientiam ac reconciliationem. Cum autem postea animadverteret tales excommunicatos secundum DEUM contristatos peccati magnitudinem agnoscere, iram DEI expavescere ac serio remissionem & reconciliationem cum DEO & Ecclesia petere, considerate, quod finem disciplina tali intentum jam assecuta esset, moderationem correptionis adhibebat, ne is qui jam secundum DEUM contristatus erat, nimia severitate vel in desperationem, vel in dedolentiam aut sensum reprobum conjiceretur, quando ne Deus ipse: *calamum quasatum contereere aut linum fumigans extinguere vellet* Esa. XLIII. 3. quin potius *convitii corde sanandi, captivis dimisso, vincitis solutio predicanda* Esa. LXI. 1.

§. VIII.

Servavit hunc morem circa Lapsos & subsequens aetas. Quam gravis enim corundem Pœnitentia fuerit, ista TERTULLI Lib. de Pœnit. c. 9. p. 169. testantis Lapsos solitos fuisse *sacco & cineri, incubare, corpus sordibus obscurare, animum maroribus dejicere; jejuniis precis alere, ingemiscere. lacrymari & mugire dies noctesque ad Dominum Deum, Presbyteris advolvi & caris Dei adgeniculari, omni-*

bus fratribus legationes deprecationis sue injungere, ac CYPRIANI Lib. de Lapsis p. 137. *Quam magna deliquimus, tam granditer defleamus. Alto vulnere diligens & longa medicina non d' s' p, penitentia crimine minor non sit --- Orare oportet impensius & rogare, diem luctu transigere, vigiliis noctes ac fletibus ducere, tempus omne lacrymosis lamentationibus occupare, stratos solo adbarere cineri, in cilicio & sordibus volutari, loquuntur. Conf. JOH. CLIMACUS gradu V. Græci P. P. frequentissime hæc Voce ἐπιτημίον, p'na, multa, ἀπό τῆς ἐπιτημίου ab objurgando, puniendo dicta efferrunt, vid. JOH. CASP. SVICER. Thef. Eccles. col. 1195. unde in eorum Euchologiis & Pœnitentialibus εὐχη τῶν ἐξ ἐπιτημίων λυομένων Preces super eos, quorum pœnitentia solvitur, GOAR. Eucholog. p. 666. Quatuor autem hujus Pœnitentiæ publicæ numerant gradus, quos modo τόπος, modo βαθμὸς vocant. Τέσσαρες βαθμοὶ τῶν ἐπιτημίων. ὁ τῆς προσκλαύσεως, ὁ τῆς ἀκρόσεως, ὁ τῆς ὑποπίπτουσεως, ὁ τῆς συνεστῶσεως. Quatuor pœnarum Canoniarum gradus sunt, deflentis, audientis, succumbentis, consistentis, inquit BALSAM ad Can. 21. Concil. Ancyr. p. 398. T. I Synod. Bevereg. Δυναμιὰ δὴ σέσαι τὰς τέσσαρας τόπους τῆς μετάνοίας διελθεῖν Cogetur quatuor pœnitentiæ gradus transire. Idem ad Can. 1. Conc. Neo-Cæsariens. ib. p. 402. Conf. ZONAR. ad Can. 21. Conc. Ancyr. Plenius eos describit GREGOR. THAUMAT. Epist. Canon. can. XI. p. 41. Oper. qui quidem canon non legitur in Nomocanone Græco, uti nec in Gregorii Patriarchæ CP. canonum græcorum collectione antiquissima, atque hinc à multis Gregorii esse negatur, vid. MORINUS de Pœnit. L. VI. c. 1. §. 9. p. 357. exstat tamen in antiquo MS. exemplari græco Card. Sirleti, unde illum transtulit GERH. VOSIUS, præfertim cum & ab Herveto in sua ejusdem Epistola ex Græca translatione positum animadverteret. Vid. not. ejus ad h. l. p. 118. Ἡ προσκλαύσις ἐξω τῆς πύλης τῆς εὐσεβείας ἐστίν, ἔνθα, ἐς ἅτα τὸν ἀμαρτανόση, χεῖ τῶν εἰσιόντων δεῖσθαι πωσιῶν, ὑπὲρ αὐτῶν εὐχεσθαι. Ἡ ἀκρόσις, ἐνδοτῆς πύλης ἐν τῷ νάρθηκι ἔνθα ἐστάναι χεῖ τὸν ἡμαρτηκότα, ἕως τῶν κληρομένων, καὶ ἐντεύθεν ἐξέρχεσθαι. ἀκρίων γὰρ, φησι, τῶν γραφῶν, καὶ τῆς διδασκαλίας, ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ ἀξιάσθω προσευχῆς. Ἡ δὲ ὑπόπτωσις, ἵνα ἐσωθεν τῆς πύλης τῆς κατὰ ἰσάμειον, μετὰ τῶν κληρομένων ἐξέρχεται. Ἡ σύστασις, ἵνα συνίσθαι τοῖς*

τοῖς πιστοῖς, καὶ μὴ ἐξέρχῃται μετὰ τῶν κατήχημένων. Τελευταῖον, ἢ μεθεξῆς τῶν ἀγισμάτων. Similia habet BASIL. M. Epist. Canon. ad Amphilocho. T. III. p. 30. ubi etiam varia in singulis gradibus tempora modò productiora, modo contractiora pro criminum diversitate præscripta commemorat; ut Can. XXII. p. 30. ἔστι ἐν δ' ἔτεσιν ἀγισμένη τοῖς ἁγιασμένοις ἢ ἐπιτήκειαι. καὶ ἐν τῷ πρώτῳ ἐκβάλλεται τῶν προσευχῶν, καὶ προσκλαίει αὐτὸς τῇ θύρᾳ τῆς ἐκκλησίας: τῷ δευτέρῳ δεχθῆναι εἰς ἀκράσιον· τῷ τρίτῳ εἰς μετάνοιαν· τῷ τετάρτῳ εἰς σύστασιν μετὰ τῶν λαῶν, ἀπεχομένων τῆς προσφορᾶς· ἔτα αὐτὸς ἐπιτίθειται τὴν κοινωνίαν τῶ ἀγαθῷ. Eosdem gradus commemorat Can. LVI. de eo qui sponte, Can. LVII. de eo qui non sponte interfecit, Can. LIX. de fornicatore, Can. LXIV. de perjuriis, Can. LXXXVII. de deferentibus legitimam uxorem, aliamque ducentibus, Can. LXXXI. de iis qui fidem Christi tormentis vel alio modo prodiderunt, Can. LXXXII. de iis qui voluntarie pejerarunt & Can. LXXXIII. de illis qui gentium consuetudines sequuntur. Concilium Nicæn. 1. can. XI. ita hac in re sancit: Ὅσοι ἐν γνησίως μετάνοιᾳ, τρία ἔτη ἐν ἀκροαμένοις ποιήσασιν ὡς πιστοὶ. καὶ ἐπὶ τὰ ἔτη ὑποπέσῃσαι, δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσασιν τῷ λαῷ τῶν εὐχῶν. Ubi nulla quidem sit mentio προσκλαύσεως disertæ, præsupponitur tamen, imò continetur in illis: ὅσοι γνησίως μετάνοιᾳ, qui vera ducuntur pœnitentia cordis, quam & extrinsecus planctu aliis declarant. Vel omittit eam Concilium, quia præparatio quædam ac petitio pœnitentiæ erat. GVIL. BEVEREG. not. ad h. can. T. II. Synod. p. 71. inde non male τῆς προσκλαύσεως pœnitentiæ candidatis vocat. Conf. MATTH. BLASTARES in Syntagm. Alphab. Lit. M. c. 6. T. II. p. 177. Synod. Bevereg. ARISTENUS in Can. 21. Concil. Ancyr. T. I. Synod. Bevereg. p. 398. Cæterum dubium est fuerintne quatuor hi τῶν ἐπιτήκειων ἴσοι ita ab initio distincti? Tertull. aperte ac explicite de Pœnitentia scribens hujus tamen graduum distinctionis non meminit, quanquam pœnas, quibus in illis pœnitentes exercebantur plerasque commemoret, satis sibi esse ducens quid in iis obeundis factò esset opus explicare. Sic & in Cypriano passim quam plurima horum graduum argumenta legimus, nondum tamen distincta. Conf. ALBASP. L. II. Observ. de Rit. Eccles. Observ. XXII. n. 5. p. 202. seq.

§. IX.

Primus itaque Pœnitentiæ publicæ gradus erat *προσκλαυσις*, pro quo ISAAC. CASAUB. Exercit. XVI. ad Baron. A. XXXIV. n. 43. p. 552. *προκλαυσις* legendum esse opinatur, verum præter necessitatem: nam ut *προκλαυσις* fletum præ foribus; ita *προσκλαυσις* fletum propter seu ad limina Ecclesiæ & quasi pulsationem ad fores denotat. Hic pœnitentes in Ecclesiæ aditu extraportam, non modo Ecclesiæ, sed & Oratorii, scpe, in peccatis gravioribus, sub dio, vid. Christoph. SONNTAG. Disp. de Hyemantibus §. XI. seqv. barba vel intonsa vel incompta, veste lugubri, sacco induti, cinereque conspersi, conf. TH. MILLES not. ad Cyrill. Hieros. Catech. II. n. 7. p. 27. Unde & TERTULL. Lib. de Pudicit. c. 13. *conciliati, concinerati*, PETRO Alexandrino Episcopo de Pœnit. can. I. *καλασπενθεις* dicuntur, T. II. Synod. Bever. p. 8. in squalore & pœdore separati manebant non solum à fidelibus, sed & Catechumenis, *caris DEI adgeniculabantur, cunctisque fidelibus legationes deprecationis injungebant*, ut loquebatur antea TERTULL. I. c. Manuum item impositionem ab Episcopo obnixè petebant, ut ea mediante pœnitentiæ agendæ copiam consequerentur. *Pœnitentes tempore quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum & cilicium super caput à Sacerdote sicut ubique constitutum est, consequantur*, statuit Synodus Agathens. can. 15. Tom. I. Conc. Gall. p. 164. Idem testatur Leo Papa Resp. 2. ad Rustici Narbonensis inquisitionem Ibid. p. 112. Concil. Toletan. II. can. 12. Exempla *προσκλαυσεως* hujus suppeditabant EUSEB. H. E. L. V. c. 28. p. 197. in Natalio quodam, & SYNESIUS Epist. LXVII. ad Theophilum p. 215. in Lamponiano. Conf. BALSAM. ad Can. 2. Dionysii Alex. T. II. Synod. Bever. p. 5. BLASTARES I. ante c. Scholiastes Harmenopuli in Epit. Can. Sect. V. tit. 3. JAC. GOAR Rit. Græc. p. 22. Verum non usque adeo in promptu esse opinatur GAB. ALBASPIN. Observ. de Vet. Eccl. Rit. L. II. Observ. XXII. n. 5 p. 203. fletusne istiusmodi & gemitus in Ecclesiæ limine primus omni tempore fuerit pœnitentiæ gradus. Tametsi enim dubitari non possit perpetuum fuisse morem flendi, genua ponendi ac ad Ecclesiarum fores procumbendi, quibus mœrorem animi sui de noxa suscepta testarentur, prætereuntium item misericordiam & preces elicerent; illud tamen omne

eos sua voluntate, non Ecclesiae præcepto, neque quo primum
 pœnitentiæ gradum obirent, sibi que pœnitentiam daret Ecclesia fe-
 cisse; secus ac Seculo quarto & sequentibus, quando non sua, sed
 Ecclesiae voluntate, non flectendis fidelium animis, sed officio fun-
 gendo, limen Ecclesiae stertibus rigabant. Imo hoc discrimen esse
 stertus qui duobus primoribus Seculis & illius qui quarto, quintoque
 in usu fuit. Succedit alter gradus *ἀποκείρισ*, cum Pœnitentes intra
 Ecclesiae portam in narthece stabant usque ad Catechumenos, sacram
 Scripturam ac Conciones audiebant & cum Catechumenis egredie-
 bantur, precibus adhuc indigni. Conf. GREGOR. THAUMAT.
 l. c. BASIL. M. can. XXXVI. & LXXV. GREGOR. NYSSEN.
 Epist. ad Letoium can. V. Errant proinde ZONAR. & ARISTE-
 NUS in Con. Nic. I. can. XI. T. 1. Synod. p. 72. ut & BALSAM.
 in Can. XIV. Ejusdem Conc. ibid. p. 74. Audientes extra Ecclesiam
 relegantes. Postremus tamen sui oblitus iterum ad Can. 2. Dionysii
 Alex. T. II. Synod. p. 5. iis in Ecclesia locum assignat. Nisi forte eos
 tale quid pro diversa vocis Ecclesiae acceptione, qua modo totum
 Oratorium, cujusque pars narthex est, modo in specie locum ubi fi-
 deles congregantur, à quo narthex distincta erat, notat, statuisse di-
 xeris. Hoc ut distinctius intelligatur, sciendum antiquarum Eccle-
 siarum portis ædificium quoddam conjunctum fuisse, quod vestibulum,
προπύλαιον, *πρόθυρον* & *πρόναον* merito dicitur, à figura au-
 tem sua quæ longitudine latitudinem longè excedebat, *νῆξ* & *ferula*
 appellatum. Vid. SVICER. Thef. Eccles. T. II. p. 391. JOS.
 BINGHAM Origin. Eccles. Lib. VIII. c. 4. Sect. 6. Vol. III. Part. 1.
 p. 161. Locus erat stationis sex hominum generum Ethnicorum,
 Judæorum, Hæreticorum, Schismaticorum, primi generis Catechu-
 menorum & Pœnitentium audientium teste MORINO de Pœnit.
 administr. L. VI. c. 4. p. 365. Non leguntur in hoc gradu quid-
 quam egisse aut subiisse quod supplicii loco duceretur: neque enim
 publice sacco & cinere aspersos, aut alius molestiis, quibus pœnitentes
 tertii gradus conflictarentur, vexatos legimus. Interim priva-
 tim eos jejuniis, aliisque ærumnarum generibus se affecisse omnino
 credibile. Tertius gradus *ὑπόπρωσις* erat, quem BELLARM. Lib.
 I. de Pœnit. c. 22. Tom. III. p. 1182. perperam *contemplationem re-
 rum supernarum* interpretatur, cum nunquam *ὑποπρωσις* super-
 con-

contemplari, quin potius humiliter se alicui subijcere Scriptoribus Ecclesiasticis notet. *Sanctificantur & nuptiarum ratiōe contracta* εὐνὴ ἢ συζυγία ὑποπύνη τῶ Θεῷ inquit CLEMENS ALEX. L. IV. Strom. p. 524. B. nec etiam Pœnitentium hujus gradus conditio, cum juberentur potius animum criminum diligentī meditatione demittere, quam ad contemplanda divina, fideiq; mysteria attolere: à mysteriis ac Sacramentorum cum participatione, tum etiam aspectu prohiberentur, tale quid permittit. Rectius ergo ὑπόπυσις à CASAU-BONO Exercit. XVI. ad Baron. ad An XXXIV. num. 43. p. 553. JOH. HENNICH. Inst. Theol. c. XI. qv. 11. p. 333. *Humiliatio*, à CONR. HORNEJO Compend. Theol. L. II. c. 4. §. 233. p. 584. & Compend. Hist. Eccles. L. III. c. 8. §. 18. p. 264. FRID. SPANHEM. Hist. Christ. Sec. III. c. 5. n. 6. T. I. Oper. col. 735. specialius *Substratio* vertitur. BASIL. Can. XXII. ante adducto *μυσθῶσαν* vocat, quia in hoc gradu maxime sese pœnitentia exseruit per prostrationem & supplicationem pœnitentis in cœtu publico. Conf. cœterum de variis Latinorum in exprimenda hac voce phrasibus ALBASP. l. c. Observ. XXIV. n. 2. p. 211. SVICER. l. c. col. 1391. Non sufficere autem videntur ad explicandum hunc gradum illa GREGORII Can. XI. antea adducta, cum eundem per stationem intra Templi portam ac egressum cum Catechumenis definit; cum vel ipsa ejusdem denominatio amplius quid importet, videlicet humilem coram Ecclesia in terram prostrationem. Stabant proinde intra templum retro Ambonem, GABRIELE Philadelphix Metropolitæ Lib. de Pœnitentia, THEORIANO Legat. Armen. p. 154. aliisque apud SVICER. l. c. testibus, non eodem cum pœnitentibus secundi gradus, Emergumens, Judæis, Hæreticis &c. loco, uti quidem suspicatur ALBASP. l. c. n. 4. p. 212. n. 6. p. 213. sed aliquantum proveciore, ad quem ingrediebantur per portam speciosam distinctio tamen adhuc à fidelium & consistentium loco. Conf. Ichnographias Templorum Beveregii, Jac. Goari, Leonis Allatii à BINGHAM. l. c. ad c. 3. p. 148. adjectas, uti & illam quam ipse ex Eusebio aliisque Scriptoribus Ecclesiasticis adornatam p. 151. sinit. Audita ibidem Coniunctione poplite flexo inque humum prostrati precum Ecclesiæ, quas ipsa pro eorum conversione ad DEum fundebat, cujusque formulam similem habes Constit. Apost. L. VIII. c. 9. T. I. PP. Apost. Coteler.

p. 395. fiebant participes, acceptaque ab Episcopo benedictione manuum impositione, uti Catechumeni ante Fidelium preces à Diacono admoniti discedebant. Sic Concilium Laodic. Can. 19. præcipit: *Oportet seorsum primum, post Episcoporum sermones, Catechumenorum orationem peragi, & postquam exierint Catechumeni τῶν ἐν μελανία τὴν εὐχὴν γίνεσθαι, καὶ τῶν προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα, καὶ ὑποχωρησάντων, ἕτως τῶν πιστῶν τὰς εὐχὰς γίνεσθαι τρεῖς.* T. I. Synod. Bev. p. 461. ZONAR. ad Can. VIII. Greg. Thaum. de Ordine τῶν ὑποπιπτόντων agens, ita eos fittit: *ὅτι τῶν ὑποσυνερχομένων μὲν τοῖς πιστοῖς εἰσιόντες εἰς τὸν ναὸν, ἐξέρχονται δὲ ὡς οἱ κἀνηχήμενοι.* T. II. Synod. p. 33. Adde hisce illa SOZOMENI L. VII. c. 16. p. 727. *Manifestus est penitentium locus, stant autem in eo massi ac veluti lugentes, finitoq; demum DEL Sacrificio participes non facti, quorum participes fieri mystas fas erat, cum planctu ac lamentatione semet ipsos in terram pronos abijciunt. Tum ex adverso lamentabundus Episcopus accurrens consimiliter humi cum eulatu prolabiatur ac tota deniq; Ecclesie multitudo lacrymis suffunditur. Post hæc Episcopus primus exsurgit & quantum satis est pro peccatoribus penitentiam agentibus precatus, eos dimittit.* Conf. quoque JAC. GOAR Rit. Græc. p. 22. Ut frustra jam Casaubonum asserentem l. c. ὑποπιπτόντων ut Catechumenos precum Ecclesie factos esse participes, vellicet ALBASP. l. c. n. 26. p. 227. Idem quoque in dubium vocat SVICER. l. c. col. 1393. Non equidem illarum precum, quas fideles & cum iis penitentes quarti gradus ante S. Eucharistiæ celebrationem fundebant accipiebant copiam; interim cum & pro ipsorum conversione Ecclesia precaretur, illis autem hi interessent, qui negari poterit eos precum Ecclesie factos participes? De manuum impositione fufius egit ALBASP. l. c. n. 9. seqv. p. 215. Conf. & MATTH. LARROQV. Advers. Sacr. L. III. c. 5 p. 455. it. 489. seqv. Peracto tertio hoc gradu ad quartum ascendebant, qui GREGORIO Thaum. l. c. BASILIO aliisque communiter σύστασις, Confitentia audit, habetque locutiones æquipollentes sequentes: *τῶν εὐχῶν κοινωνεῖν* Conc. Nic. can. 12. Ancyr. can. 4. *Κοινωνίας ἰσχυράναι τῆς εἰς τὰς προσευχὰς,* Conc. Ancyr. can. 16. BASIL. M. can. 81. *κοινωνεῖν χάρις ἀποστολῆς* Conc. Nic. can. XI. *χάρις ἀποστολῆς δεχθῆναι* Conc. Ancyr. can. V. &c. In hoc gradu constituti simul cum fidelibus in Ecclesia stabant, cum illis orabant ac tremenda

speçta-

spectabant, neque jam amplius cum Catechumenis exhibant, sola my-
 steriorum participatione, oblatione item, fidelibus inferiores. Quod
 enim nonnulli, observante BALSAM. in can. IX. Greg. Thaum.
 T. II. Synod. p. 34 (quamvis nec ipsum ab hac sententia fuisse prorsus
 alienum illa ad Can. XIX. Conc. Laodic. ibid. T. II. p. 461. insinu-
 ent,) existimant consistentiam cum fidelibus Sacramentorum quo-
 que participationem tacite secutam esse, ex eo, quod Canones diserte
 Consistentiam à Sacramentorum participatione separent, vid. BA-
 SIL. M. can. LVI & LXXV. ARISTEN. in can. XI. Conc. Nic. I.
 BLASTAR. Syntagm. Lit. M. c. 6. eandem quoque inter peniten-
 tiæ gradus *ῥόπες τῶν ἐπισημίων* numerent, quibus tamen absurde an-
 numeraretur si verum esset suppositum, cum Sacramentorum priva-
 tiō pœna esset gravissima, refellitur. Vocat THEOPHIL. Alex. ad
 Menam Episcopum T. II. Synod. p. 175. hanc Consistentiam *συνα-
 ξίη*, non ob Sacramenti participationem, sed quod *συνεστῆτες* una
 cum reliquis fidelibus stantes congregarentur. Ita ipse BALSAM.
 Theoph. mentem exponit: *Tunc, ait, ei permittit cum fidelibus popu-
 li congregari & in hymnis consistere.* Cæterum an uti lexus fœmi-
 neus à Masculino, ita & ipsi à fidelibus loco fuerint discriminati,
 nusquam memoratum scio, præterquam apud ELIGIUM Noviomen-
 sem, qui Hom. VIII. ad Pœnitentes Tom. II. Bibl. PP. col. 99. ita eos-
 dem compellat: *Cur ergo in sinistra parte Ecclesie positi estis? Non sine
 causa usus Ecclesie hoc obtinuit, sed quia Dominus in iudicio oves i. e.
 justos à dextris; hædos vero i. e. peccatores à sinistris ponet.* Ast,
 cum Scriptor hic ætatis sit longè inferioris, puta Sec. VII. præterea
 Homiliæ hæc è variis Scriptoribus posteriorum quoque VIII. & IX.
 Seculorum confarcinatæ sint, iudice EDM. ALBERTINO de Ev-
 charistia L. III. p. 906. & si non omnes, pleræque tamen Eligio ab-
 judicanda, teste GVIL. CAVE Hist. Lit. Script. Eccles. Sec. VII. ad
 A. 640 Vol. I. p. 455. nihil firmum inde colligitur. Quatuor hisce
 gradibus *ῥῶν ἐπισημίων* expletis succedebat tandem *μέθεξις τῶν ἀγι-
 ασμάτων* seu reconciliatio, BASIL. M. Can. LVI. p. 36. ac alias fre-
 quenter *ῥῶν κοινῶν τῶν ἀγαθῶν*. Can. LVII. *εἰς τὰ ἀγαθὰ δεχθῆναι*
 vocat. Conc. Ancyr. can. IV. & VI. *ἐλθεῖν εἰς τὸ ῥελεῖον*, can. IX.
τῶν ῥελεῖων μετέχων, can. XVI. *τῆς πρῆστοφορίας ἐφάσθαι, καὶ συγγά-
 νων τῆς κοινῶν* &c. interpretatur. BALSAM. ad Can. I. Nco-Cæs.
 T. I.

T. I. Synod. p. 462. *μεταρχεῖν τῶν θείων ἀρχισμύρων*, male autem BELLARM. L. I. de Pœnit. c. 22. T. III. p. 1182. *μέσσω* appellat. Non videtur hæc inter partes Pœnitentiæ numerari debere & novam, eamque quintam partem constituere; quin potius pœnitentiæ fuisse complementum ac fructum censendum. Nam per illam pœnitentes in gratiam redibant, cum Ecclesia antea scandalizata ac ad communionem non modo oblationum, sed & participationis corporis & sanguinis Domini admittebantur. Hinc CYPRIAN. Ep. LV. (juxta Pamel. LII. Erasim. L. IV. Ep. 2.) ad Antonian. eandem pacem, veniam, indulgentiam, medicinam appellat, non pœnitentiæ, sed reconciliationis ac restitutionis vocibus. Hic tertiam ac ultimam manuum impositionem obtinebant, quæ à consequente reconciliatione cum Ecclesia, Reconciliatoria manuum impositio dicebatur. *Qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communicari, quod morientis sufficit consolationi, secundum definitiones Patrum, qui hujusmodi communionem congruenter viaticum nominarunt. Quod si pervixerint, sicut in ordine pœnitentium & ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione percipiant,* statuit Concilium Arausicanum I. Can. 3. Tom. I. Concil. Gall. p. 71. Imo jam longe ante ad solennem hanc ac plenam reconciliationem per manuum impositionem TERTULL. dictum Pauli: *χρῆσας τῆς χάριτος μηδὲν ἐπιτίθει* 1 Tim. V, 22. accommodat Lib. de Pudic. c. XVIII. p. 1011. CYPRIANUS item toties in Epist. ad Laps. ut & in Epistolis reconciliationem manuum impositione transigi vult. *Nec ad communionem venire quis potest, nisi prius illi ab Episcopo & Clero manus fuerit imposita,* inquit Epist. XVII. (Pam. XII. Erasim. L. III. Ep. 16.) p. 39. *Reconcilietur per manus impositionem,* habet Can. 76. Concil. Carthag. IV.

§. X.

Variabat hæc correptio publica pro Criminum, locorum, temporum aut pœnitentium varietate, ita ut modo tolerabilior, modo magis aggravata, modo longior, modo brevior esset. CYPRIANUS Nino, Clementiano & Floro, qui in persecutione apprehensi initio Nomen Domini strenue confessi fuerant, violentiam magistratus, populique frementis impetum vincentes; interim postmodum

D

apud

apud Proconsulem vi tormentorum subacti de gradu gloria decidissent, pœnitentiam quam per triennium jugiter ac dolenter cum summa lamentatione & planctu egerant, ipsis pro reconciliacione sufficere scribit Epist. LVI. (Pam. LIII. Eras. L. III. Ep. 25.) ad Fortunat. p. 115. Fornicatoribus Pœnitentiam quatuor BASIL. Ep. Can. can. XXII. vel juxta can. LIX. septem annorum constituit. Iis qui casu alterum interfecissent Concilium Elibertinum Can. V. quinque annos, BASILIUS Can. LVII. decem: Sponte autem qui hoc fecissent septem Concil. Elibert. can. eod. aut viginti BASIL. Can. LVI. Adulteræ septem Ancyr. Concil. can. XX. Marito adultero quindecim BASIL. can. LVIII. Perjuro undecim Idem Can. LXIV. cum propria ex patre vel matre sorore polluto duodecim, Idem Can. LXXV. præscribunt: Patet quoq; ex eadem Epist. Basilii Can. VII. quibusdam demum post triginta annorum pœnitentiam datam fuisse communionem. Alii non nisi in fine vitæ veniam consequebantur ex decreto Concilii Elibertini can. III. *Flamines, qui non immolaverunt, sed munus tantum dederunt, eo quod se à funestis abstinerunt sacrificiis, placuit in fine eis præstari communionem, facta tamen legitima pœnitentia.* Conf. Can. XIII. Imo nonnullis & in fine vitæ communicatio denegabatur, sine omni tamen immensa ac incircumscripta Misericordia divinæ præjudicio, saltem in disciplinæ exemplum, uti quam plurimi Concilii Elibertini Canones I. II. VI. VII. VIII. XII. XVII. XVIII. XLVII. nec non CYPRIAN. Epist. LV. ad Anton. (Pam. LI. Eras. L. IV. Ep. 2.) p. 106. 110 testantur. Ut plurimum ita eveniebat Apostatis, Lapsis, Mœchis & Homicidis, quanquam nec semper, nec apud universam Ecclesiam ut bene monet LARROQVAN. Advers. Sacr. L. III. c. 5. p. 470. seqq. Conf. quoque ALBASP. Observ. L. II. Obs. VII. IX. X. XI. XIII. usque XVIII. DIONYS. PETAV. Animad. ad Epiph. Hæres. LIX. p. 231. seqq. Sutilit hunc rigorem subsequētib; temporibus Concilium Nicænum Can. XIII. ita definiens: *De iis autem qui excedunt, antiqua & canonica Lex nunc quoque servabitur, ut si quis vita excedat, ultimo & maxime necessario viatico ne privetur. Si autem deploratus & communionem affecturus rursus iterum convalescerit, sit cum iis, qui orationum sunt tantum communionis participos.* Καθολικὴ δὲ, ἡ ἐπιταγή: ἡ ἐν ἐξομολογήσει, αἰτήσῃ τῆ μετὰ τὴν εὐχαριστίαν,

ὁ ἐπίσκοπος μετὰ δοκιμασίας ἐπιδοτῶ ἡς προσφορᾶς, T. I. Synod. p. 74. Nihilominus tamen in quibusdam Ecclesiis mansit, præsertim circa tales qui post peractam solennem pœnitentiam, factamque cum Ecclesia reconciliationem in eadem aut alia gravia scelera prolapsi erant, de qua Consuetudine vid. TERTULL. Lib. de Pœnit. c. VII. p. 168. AMBROS. L. II. de Pœnit. c. 10 col. 413. AUGUST. Epist. LIV. ad Macedon. T. II. col. 239. GRATIAN. de Pœnitentia Dist. 3. can. Nihil prodest. §. Ex persona. Pulchre haec pœnarum diversitatem insinuat BALSAM. in Basil. can. LXXIII. scribens: Ἐθελο ὡς πάλῃρες ἵδ' ἐπιτίμια πρὸς ἰδίας κειρᾶς, statuerunt Patres pœnas suis temporibus convenientes. T. II. Synod. p. 125.

§. XI.

Jam de dispensationibus severæ hujus pœnitentiæ quædam dicenda erunt, quas antiqua Ecclesia communi *mitigationum, moderationum, relaxationum & remissionum*, raro *indulgentiarum* nomine compellabat. Omnes enim has castigationes durissimas cum in finem cum imponeret Pœnitentibus, ut mediantibus iis pœnitentium animos exploraret veram, an simulatam pœnitentiam agerent, eos ad veram scelerum commissorum considerationem, serium ob ea dolorem, iræ divinæ timorem, fidem in Christum *unicum inter DEum & hominem mediatorem* 1. Tim. II, 5. *propitiationem pro peccatis totius mundi* 1. Joh. II, 2. ac constans emendationis propositum impelleret: reliqui hujusmodi asperitate ac severitate terri majori cura lapsus vitarent, sicque *cum timore ac tremore suam operari salutem* Philipp. II, 12. discerent: Ipsi denique fidelibus ac Stantibus antea scandalizatis ac offensis publica hac seriæ pœnitentiæ declaratione satisfaceret; Certe in Ecclesiæ potestate erat pro circumstantiarum consideratione de hac severitate aliquid remittere ac Satisfactiones istas Canonicas pro ut & pœnitentibus & cæteris & Ecclesiæ judicabat proficuum, moderare. Gemina autem sese nobis offert dispensatio: alia in ipsis Canonibus: alia *κατ' ἐπίσκοπον ἢ διάκρισιν secundum Episcopalem discretionem* facta, ut loquitur BALSAM. ad can. IV. Ancyræ. T. I. Synod. p. 377. Prioris generis exempla sequentes Conciliorum Canones suppeditabunt, ut Nicæn. XI. de iis qui præter necessitatem fidem abnegaverant, ita statuens: *De iis, qui sine necessitate, vel sine facultatum suarum ablatione, vel sine ullo periculo, vel aliquo ejusmo-*



di, transgressi sunt, quod sub Licinii tyrannide factum est, ἔδοξε τῇ
συνόδῳ, εἰ καὶ ἀνάξει ἦσαν Φιλανθρωπίας, ὅμως χρησεύσασθαι. Ibid.
p. 71. Canon XXI. Ancyran. lb. p. 398. antiquam definitionem fu-
isse ait, ut mulieres, quæ vel conceptus excutiunt, vel partus necant,
usque ad exitum vitæ ab Ecclesia removeantur. Nunc vero huma-
nus rem definiri, ut eis decem annorum pœnitentia tribueretur.
Similiter Agathense Concilium Can. XXXVII. Lapsis à fide gran-
dem redeundi difficultatem antiquitatem sanxisse; Patres autem in co-
gregatos annorum multitudine breviate pœnitentiam biennii im-
posuisse testatur. Posterioris autem generis dispensatio erat, cum
Episcopi etiam post injunctas juxta Canones, susceptasque solennes
pœnitentiæ publicæ satisfactiones, exhibitis à pœnitentibus ac per-
fectis veri doloris & seriæ pœnitentiæ documentis, iis vel de injun-
ctis multæ aliquid remittebant: vel ante completum tempus in Can-
onibus præscriptum ad plenam Ecclesiæ reconciliationem admitte-
bant. Diferte hanc potestatem Episcopo Concil. Ancyran. can. V.
Ibid. p. 379. concedit, sic definiens: Τὸς δὲ ἐπισκόπους ἐξουσίαν
ἔχειν, τὸν ἱεροσπονδῆς ἐπισκοπῆς δοκιμασίας, Φιλανθρωπεύσασθαι,
ἢ πλεονα προσιθέναι χρόνον, quod BALSAM. in can. IV. ejusdem
Conciliil. c. p. 377. ita exponit: ταῦτα δὲ πάντα εἰς ἐπισκοπικὴν
διάκρισιν αἰθέροντο οἱ πάτερς ὡς ἀντὶς τὴν ἐπισκοπὴν τῆς ἡμετέρας
ἐκείνης, καὶ τὴν βαθυμίαν, ἢ προσεθήσονται ἢ ἐπιθήματα, ἢ ἐπισημασίαι.
Concilium Nicænum Can. XI. pœnitentiæ gradus recensens, nullam
autem προσκλήσεως faciens mentionem, JO. FORBES à COR-
SE Instruēt. Hist. Theol. L. XII. c. 7. §. 23. suspicandi occasione
præbuit: permillum hoc ipso fuisse Episcopis, ut prout expedire
judicaturi essent, hanc προσκλήσιν modo exigerent, modo omitte-
rent. Clariora autem sunt quæ Can. XII. habentur, ubi Patres difere-
te decernunt quibusdam pœnitentibus condonandam esse ὑπόσπλω-
σιν, ut auditione expleta, statim ad precum communionem, omisso
substitutionis gradu, admitterentur, cunctaque juxta Episcopi con-
sultationem ac beneplacitum expedienda esse: ἐφ' ἅπασι δὲ τῆτοις
προσέκει ἐξέταξεν τὴν προσέβασιν, καὶ τὸ εἶδος τῆς μετανόιας. Ὅσοι μὲν
γὰρ καὶ φοβῶν, καὶ δάκρυσι, καὶ ὑπομονῇ, καὶ ἀγαθοσεύγιας τὴν ἐπισκοπὴν
ἐργῶν, καὶ ἐ χημῶν ἐπιδείκνυνται, ἔτοι πλερώσαντες τὸν χρόνον τὸν ὀρισ-
μένον τῆς ἀκροάσεως, εἰκότως τῶν εὐχῶν κοινωνήσασιν, μετὰ τῶ ἐξέναι
τῶ

Ἰῶ ἐπισκόπων, καὶ Φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτῶν βουλευσάσαι. T. 1. Synod. p. 72. Item Can. V. omnes tam diu pro excommunicatis haberi præcipiuntur μέχρις αὐτῶ κοινῶ Ἰῶν ἐπισκόπων δόξη Ἰὴν Φιλανθρωπότεραν ὑπερ αὐτῶν ἐκδέσθαι ψήφον. Ibid. p. 64. GREGOR. NYSS. Epist. Canon. ad Letoium can. IV. T. II. Synod. p. 387. ita hac de re scribit: Ἐπὶ δὲ Ἰῶν σταθαισίτερα κεχηρημένων Ἰὴ ἐπισκοπῆ, καὶ τῶ βία δεικνύσων Ἰὴν παρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐσπῶνον, ἔξῃ Ἰῶ ὀικονομεῖν πρὸς τὸ συμφέρον Ἰὴ ἐκκλησιαστικῆ ὀικονομία συνθεμεῖν τὸν χρόνον τῆς ἀπερῶσεως, καὶ Ἰῶχρον εἰς ἐπισκοπῆν ἀγαγεῖν καὶ πάλιν καὶ Ἰῶτον συνθεμεῖν τὸν χρόνον, καὶ Ἰῶχρον ἀποδῶναι Ἰὴ κοινῶν. Conf. BASIL. Epist. Can. ad Amphil. can. LXXIV. Ibid. p. 126. BALSAM. ZONAR. & ARIST. ad eundem. BLASTAR. Syntag. Alph. lit. M. c. 7. p. 177.

§. XII.

Similiter & causæ harum relaxationum variabant. Prima eorum erat vitæ periculum in quod pœnitens tempore pœnitentiæ publice inopinato incidebat. Maluit tum Ecclesia etiam ante expletum pœnitentiæ tempus tali communionem dare, quam Ἰὴ Ἰελείσας καὶ ἀναγκαιώσας ἐφοδῖς eundem privare, ut loquitur Concil. Nic. Can. XIII. hac tamen lege, ut si forte iterum convaluerit μετὰ Ἰῶν κοινῶν Ἰὴς εὐχῆς μόνης ἔσῶ. Integrum Canonem vid. §. X. sub finem. Insigne ejus exemplum EUSEB. L. VI. H. E. c. 44 p. 246. è Dionysio Alex. sinit in Serapione, qui ob lapsum in idololatriam tempore persecutionis ab Ecclesiæ communionem exclusus erat. Hic cum longum jam tempus in pœnitentia transegisset, interea præter spem in gravem incidisset morbum, ut triduo mutus ac sine omni sensu jacuisset, quarto post die paululum relevatus puerum, nepotem suum ad Presbyterum mittit, qui sibi agonizanti jam ultimum istud viaticum præberet, sicque in Ecclesiæ communionem reciperet. Presbyter morbo, quo & ipse tunc constabat, impeditus, quo minus ipse Serapionem conveniret, mittit tamen ei per puerum βραχύ Ἰὴς εὐχαριστίας i. e. exiguum panis benedicti, ut & vini benedicti aqua mixti, jubens, ut intinctum in calicem panem ori senis infunderet, ne sic Episcopi mandato de subveniendo iis, qui & in vitæ exitu Ecclesiæ communionem exposcerent, deesset. Innocentius I. Papa R. Epist. 3. ad Exuperium c. 2 morem tum præscum, tum sui ævi circa eos qui in extremo vitæ suæ sine pœnitentiam simul & reconciliationem commu-

nionis exposcerent exponens geminam esse observationem ait, alteram priorem, duriolem, alteram posteriorem, interveniente misericordia inclinatiolem. Prior, inquit, consuetudo tenuit, ut concederetur eis penitentia, sed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebrae persecutiones essent, ne communionis concessa facilitas homines de reconciliatione securos non revocaret à Lapsu, negata merito communio est, concessa penitentia, ne totum penitus negaretur, & duriolem remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam Dominus noster pacem Ecclesiis suis reddidit, jam depulso terrore, communionem dari abeuntibus placuit & propter Domini misericordiam, quasi viaticum profertur; ne Novatiani Heretici, negantis veniam, asperitatem & duritiem subsequi videamur. Tribuetur ergo cum penitentia extrema communio, ut homines ejusmodi vel in supremis suis permittente Salvatore nostro à perpetuo exitio vindicentur. Conf. ALBASP. Lib. II. Observ. XXVIII. Altera causa erat nova instans Ecclesiae persecutio, quae subinde Christiani tribus prioribus Seculis misere affligebantur, ad quam suorum animos armandos ac consolidandos esse judicabant, non modo Stantium, sed & Lapsorum, jam autem Penitentium. Staueramus quidem jam pridem, frater charissime, participato invicem nobiscum consilio, ut qui in persecutionis infestatione supplantati & lapsi fuissent, & sacrificiis se illicitis maculassent, agerent diu penitentiam plenam & si periculum infirmitatis urgeret, pacem sub ictu mortis acciperent. Sed enim cum videamus dum rursus alterius infestationis appropinquare capisse & crebris atque assiduis ostensionibus admoniamur, ut ad certamen quod nobis hostis indicit, armati & parati simus -- necessitate cogente censuimus, eis qui de Ecclesia Domini non recesserunt, sed penitentiam agere & lamentari ac Dominum deprecari à primo lapsus sui die non desisterunt, pacem dandam esse & eos ad praetium quod imminet, armari & instrui oportere -- Merito irabebatur dolentium penitentia tempore longiore, ut infirmis in exitu subveniretur, quamdiu quiete & tranquillitate aderat, quae differre diu plangentium lacrymas & subvenire serò morientibus in infirmitate pateretur. At vero nunc non infirmis, sed fortibus pax necessaria est, nec morientibus, sed viventibus communicatio à nobis danda est, ut quos excitamus & hortamur ad praetium non inermes & nudos relinquamus, sed profectione sanguinis & corporis Christi muniamus, scribunt Patres in Syno-

Synodo Africana congregati Cornelio apud CYPRIAN. Epist. LVII.
 (Pam. LIV. Erasmi. L. I. Ep. 2.) p. 116. Tertia publica Ecclesia pax
 ac periclitantium salus. Quodsi enim magnus eorum, qui lapsum
 agnoscentes ad pœnitentiam revertebantur, esset numerus aut talis qui
 sociam haberet multitudinem, verendum erat ne nimia communio-
 nis dilatio schismati occasionem præberet, ut vel ad Gentilium, vel
 Hæreticorum castra transfirent. Svadebat ergo & grata Ecclesia pax
 & fratrum salus omni modo quærenda talem censuræ relaxationem ac
 reconciliationis accelerationem. Hæc causa, quod quondam Cor-
 nelius necessitati succumberet ac Trophimum, cum quo maxima pars
 plebis absceserat, redeunte nunc eo ad Ecclesiam & satisfaciente &
 pœnitentia deprecationis errorem pristinum consistente & fraternita-
 tem quam ante abstraxerat, cum plena humilitate & satisfactione re-
 vocante, in Ecclesiam Domini cum maximo fratrum numero admit-
 teret, ut refert pluribus CYPRIAN. Epist. LV. ad Anton. (Pam.
 LII. Erasmi. L. IV. Ep. 2.) p. 105. Accommodate hanc in rem AU-
 GUST. L. III. contra Epist. Parmen. c. 1. exponens illa Pauli: *ut non
 possideamus à Satana: non enim ignoramus mentes ejus* 2. Cor. II,
 10. 11. *Ipse est enim, qui per imaginem quasi justæ severitatis crude-
 lem severitiam persuadet, nihil aliud appetens venenosissima versutia sua,
 nisi ut corrumpat atque dirimat vinculum pacis & charitatis.* Quar-
 to haud raro & ob pœnitentis dignitatem, ætatem, infirmitatem vi-
 tamque ante laudabiliter actam: ut & ejusdem tempore Satisfactionum
 humilitatem, ferium cordis dolorem manifestatum ac infucata pœni-
 tentiæ documenta, mitius ab Episcopis judicatum fuit. *Πρὸ πάντων
 δὲ, καὶ ὁ ποιοῦντων βίβλος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα ἐξεταλάσθω, καὶ ἕως ἢ φιλευ-
 θεωρία ἐπιμειψέσθω*, sancit Concil. Ancyr. Can. V. T. I. Synod. p.
 379. *Ἐξείλεται δὲ καὶ ἡ παρὰ τὰ ἔργα ἀναστροφῆς, ἢ αὐτῆς φιλευθεωρι-
 ας ἢ ἀσυνείας ἴσχυον* inquit BALSAM. ad Can. IV. Ancyr. ibid. p.
 378. *Pœnitentiæ satisfactio non tam temporis longitudine, quam cordis
 compunctione pensanda est. - - Temporis pœnitentiæ habita modo ra-
 tione, tuo constituyente judicio, prout converforum animos perspexeris
 esse devotos: pariter etiam habens senilis ætatis intuitum & periculatorum
 quorumcunque aut ægriitudinis respiciens necessitates, in quibus ita gra-
 viter urgeatur, ut, dum ad hoc pœnitet, de salute ipsius desperetur, opor-
 tet ei per sacerdotalem sollicitudinem communionis gratia subveniri.*
 LEO

LEO I. Epist. 79. ad Nicetam Episcopum Aquilejens. Conf. & AUGUST. Enchirid c. 65. T. III. col. 175. item quæ sub finem §. præced. dicta.

§. XIII.

Accedebat Quinto, populi fidelis, seu Stantium pro pœnitentibus apud Episcopum intercessio, prout Episcopum quendam à Novato deceptum jam cognito errore flebiliter lamentantem & crimen aperte confitentem, populo universo pro eo rogante, in communionem receptum esse legimus apud EUSEB. Lib. VI. H. E. c. 43. p. 243. Tandem Sexto crescente indies Martyrum & Confessorum dignitate ac veneratione & hic eorum intercessionibus multum tributum fuit. Etenim consueverant Lapsi eos in carceribus adire ac literas intercessorias apud Episcopum & Ecclesiam, quas *libellos pacis*, *litteras pacificas*, *confessorias* vocabant, ab iisdem expetere. Hi autem pœnitentium vita diligenter inspecta cum viderent pœnitentiam satisfactioni proximam, suis intercessionibus hoc apud Ecclesiæ Præsides obtinebant, ut de pœnis Canonicis pœnitentibus injunctis, aliquid minueretur, aut relaxaretur, ipsique ante expletum Satisfactionum tempus cum Ecclesia reconciliarentur. Crebram harum literarum mentionem faciunt TERTULL. ac CYPRIAN. utriusque loca: illius è Lib. ad Martyr. c. 1. hujus ex Epist. XV. supra jam §. VI. adducta. Verum suppetunt plura: *Fecerunt ad nos de quibusdam beati Martyres literas, petentes examinari desideria sua; cum pace nobis omnibus à Domino prius data ad Ecclesiam regredi caperimus, examinabuntur singula præsentibus & judicantibus vobis*, scribit Idem Epist. XVII. (Pam. XII. Eraf L. III. Ep. 6.) p. 39. Item Ep. XVIII. (Pam. XIII. Eraf L. III. Ep. 19.) p. 40. *Quoniam video facultatem veniendi ad vos nondum esse --- occurrendum puto fratribus nostris, ut qui libellos à Martyribus acceperunt ac prærogatia eorum apud Deum adjuvari possunt, sincommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata præsentia nostra, apud Presbyterum quemque præsentem, vel si Presbyter repertus non fuerit & urgere exitus cœperit, apud Diaconum quoque exomologesi facere delicti sui possint, ut manu eis in penitentia imposita, veniant ad Dominum cum pace, quam dari Martyres literis ad nos factis desideraverunt.* Provocat ad hæc in Epistola subsequenti XIX. (Pam. XIV. Eraf L. III. Ep. 18.) p. 41. An autem huc quo-

quoque spectent can. XXV. Concilii Elibertini: *Omnis qui attulerit literas confessionis, sublato nomine confessoris, eo quod omnes sub hac nominis gloria passim concutiant simplices, communicatoria ei danda sunt litera: ut & alter IX. Conc. Arelatens. 1. De his, qui confessorum literas offerunt, placuit, ut sublatis iis literis alias accipiant communicatorias, multi quamvis id opinentur BARON. ad Ann. Chr. XXX. n. 48. item Ann. CCCXIV. n. 65. FRID. SPANHEM. Hist. Christ. Sec. III. c. 5. n. 10. col. 738. ex parte, haud immerito in dubium vocatur, cum potius de literis communicatoriis ab Episcopis peregrinantibus, ut ubique à cæteris Christianis hospitio exciperentur, de quibus conf. BLASTAR. Syntag. Alph. lit. A. c. 9. T. II. Synod. p. 25. seqv. uterque loqui videatur. Vid. quæ hanc in rem profert ALBASP. Not. in Concil. Eliber. Can. XXV. p. 304. seqv. Verum quales non ex hac Martyrum intercessione successu temporis in Ecclesiam abusus introducti? Quod initio per modum intercessionis petebatur, mox in jus quoddam abiisse videbatur, quando pax Confessorum nomine dari ceperat: hi ipsi quoque jam sine delectu, non examinata Lapsorum vita aut penitentia, omnibus promiscue pacem concederent. Quin Lapsi Ecclesiæ amplius satisfacere renuerent, non dandam sibi pacem postulantes, sed quasi datam sibi vindicantes. Unde justæ ac reiteratæ de tanta disciplinæ relaxatione querelæ. Inde graves admonitiones ad Martyres ut cautius in concedendis ejusmodi libellis pacis agerent, cunctas illicitas negotiationis nundinas evitarent: nomina quoque eorum, quibus pacem dari petebant, sigillatim exprimerent. Hoc autem totum potest fieri, si ea, quæ à vobis peruntur religiosa contemplatione moderemini, intelligentes & comprimentes eos, qui personas accipientes in beneficiis vestris aut gratificantur aut illicitæ negotiationis nundinas aucupantur - - - Sed & illud ad diligentiam vestram redigere & emendare debetis, ut nominatim designetis eos, quibus pacem dari desideratis: audio enim quibusdam sic libellos fieri ut dicatur: communicet ille cum suis. Quod nunquam omnino à Martyribus factum est, ut incerta ac cæca petitio invidiam nobis postmodum cumulet: late enim patet quando dicitur: Ille cum suis, & possunt nobis vicini & iriceni & amplius offerri, qui propinqui & affines & liberi & domestici esse asseverentur ejus, qui accipit libellum; & ideo peto ut eos quos ipsi videtis, quos nostis, quorum penitentiam scitis, designetis*

ria nominatim libello & sic ad nos fidei ac discipline congruentes literas dirigatis, scribit CYPRIAN. *[Martyribus & Confessoribus Epist. XV. (Pam. XI. Eras. L. III. Ep. 15.) p. 35. adde & alterum locum ex eadem Ep. supra §. VI. adductum. Inde severæ Presbyterorum increpationes, qui inconsulto Episcopo ac ante reconciliatoriam manus impositionem, ad solam literarum pacificarum oblationem, Lapsis communicabant. Vide Idem ead Epist. p. 33. conf. & subsequentem Epist. XVI. Inde duræ invectivæ in Lapsorum insolentiam, qui jam amplius Ecclesiæ satisfacere detrectabant, non dandam sibi pacem postulantes, sed quasi datam sibi vindicantes. Cum comperissem eos qui sacrilegis contactibus manus suas atque ora maculassent, vel nefandis libellis nihilominus conscientiam polluisent, exambire ad martyres passim, Confessores quoque importuna & gratiosa deprecatione corrumpere, ut sine ullo discrimine atque examine singulorum darentur quotidie libellorum millia contra Evangelii legem, literas feci, quibus Martyres & Confessores consilio meo quantum possem ad dominicæ præcepta revocarem, scribit CYPRIAN. Clero Romano Epist. XX. (Pam. XV. Eras. L. III. Ep. 5.) p. 43. Conf. & Epist. XXXV. (Pam. XXIX. Eras. L. V. Ep. 5.) p. 69. Ut & subsequ. XXXVI. Unum adhuc circa pacem hanc ad martyrum literas pacificas datam observandum, nempe non profuisse plene hæc literas Lapsis ante mortem Martyris; unde licet veniam ab eodem impetrassent, non tamen prius, quam post Martyris obitum in Ecclesiæ gremium iterum recipiebantur, ac ad communionem admittebantur. Testem hujus iterum CYPRIAN. adducimus, qui Lib. de Lapsis p. 129. *Credimus quidem posse apud Judicem plurimum valere martyrum merita & opera justorum: sed cum judicii dies venerit, & Epist. XVI. (Pam. X. Eras. L. III. Ep. 14.) p. 38. Hi sublato honore, quem nobis beati Martyres cum Confessoribus servant, contempta Domini lege & observatione, quam iidem Martyres & Confessores tenendam mandant, ante extinctum persecutionis metum, ante ipsum pene Martyrum excessum, communicent cum Lapsis. Hæc breviter Ecclesiæ purioris erant Satisfactionum Canonicarum mitigationes, relaxationes seu indulgentiæ, non uni, sed toti Ecclesiæ relictiæ; non ob ullum meritum imputatum, sed longe alia de causa concessæ; non ad satisfaciendum DEO, sed Ecclesiam scandalizatam reconciliandam: non vnales, sed è charitate christiana datæ.**



154071

AB: 154071


ULB Halle 3
003 902 811




82

1078
Vb 17







DISPUTATIO HISTORICO-THEOLOGICA ✠ 6
PRIMA
DE
BULLARUM
INDULGENTIARUM
PONTIFICIARUM
ANTIQUITATE FUCATA,
QUAM
DIVINA INDULGENTE GRATIA,
JUBENTE
RECTORE MAGNIFICO
AC
SENATU ACADEMIÆ PREGELANÆ AMPLISSIMO
PRO LOCO
PROFESSIONIS IN THEOLOGIA
EXTRAORDINARIÆ
TUEBITUR
PRÆSES
JOHANNES BEHM,
S. TH. DOCT. GRÆC. LINGV. PROF. EXTR.
RESPONDENTE
CHRISTOPHORO Schöneich / Reg. Boruff.
PHIL. ET THEOL. STUD.
IN AUDITORIO MAXIMO
DIE XXXI. MART. ANNO MDCCXVIII. HORIS ANTE - ET POMERID.

REGIOMONTI, TYPIS REUSNERIANIS.